



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

257. An regulares communicantes in privilegiis communicent in pœnis illius Ordinis, de cuius privilegiis participant? Et docetur privilegium communicabile posse ab aliis regularibus exhiberi, quasi ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

Aulgent. cap. 24. in fine, sub verbo, videtur, dicat non fuisse promulgatam, aut vsu receptam hanc reuocationem Gregorij; oppositum tenet Flavius Cherubinus, in Compendio Bullary tom. 2. constitution. 9. Gregor XIII. Schol. 1. Quaranta ad eandem Bullam; Paulus Piascius in praxi Episcop. 2. part. cap. 3. artic. 6. num. 8 Emanuel Rodriguez tom. 3. quest. 74. art. 16. Tamburin. tom. 1. de iure Abb. disp. 17. quest. 1. num. 16. & ita cenfeo cum eisdem, & alijs, Ita Brauus, quibus ego addo Bassium ver. Præuilegium 4. numer. 8. & Machadum tom. 2. libr. 4. part. 6. tractat. 10. docum. 11. numer. 4. vbi sic asserit, Pero haste de aduertir, que aunque Pio V por dos constituciones concedio a los Religiosos que pudiesen predicar sin licencia del Obispo; y no obstante que ello contradixisse, reuocando con ellas mucha parte de lo dispuesto por el Concilio Tridentino en favor de los Obispos, Despues Gregorio XIII. reuocó estas constituciones, reduziendolas a los terminos del Decreto comun. y Concilio; y aunque es assi, que el mismo Pontifice Gregorio XIII. confirmó de nuono a los Religiosos Mendicantes los priuilegios que en esta razon les auia concedido Pio V. por las constituciones referidas; en la misma confirmacion puso clausula de que se entendiesen sin perjuizio de lo dispuesto por el Concilio Tridentino.] Ex his Pellizzarius in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 1. sect. 4.

Sup. hoc in Resol. no. 1. præterea signanter in §. Quarta de eisd. & segg. & in alijs eius not.

Sup. hoc la tissime supra in Ref. 148. 149. 150. & artic. 9. alique oppositum sustinentes, non solum fuit reuocatum a Gregorio XIII. sed etiam a Gregorio XV. & Urbano VIII. in reuocatione generalium; huius vocis oraculorum Religiosis concessorum; vt proinde opinio Henriquez & eius asseclorum in præsentia nullo modo possit sustineri. Ita Pellizzarius.

Sup. hoc supra in Resol. 126 §. in fine & in alio §. eius not. sed lege eam per totam, & si placet etiam §§. eius annot.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 5. Ref. 87. & in alijs eius prima annot.

1. Notandum est tamen hic, quod quando Papa confirmans priuilegia Regularium, addit supra dictam clausulam, Dummodo Concilio Tridentino non sint contraria, non intendit reuocare nisi ea priuilegia, quæ præfata Concilio; ita sunt contraria, vt ab eo expressè reuocentur (quale erat, quod Regulares possent recipere Ordines Sacros ante ætatem assignatam in Tridentino sess. 23. cap. 12 quod ibidem expressè abrogatur); non autem intendit derogare priuilegijs, quæ quocumque modo sunt contraria Concilio Tridentino, sed ab eo in terminis non abrogantur: quale est priuilegium, quod iidem Regulares habebant, vt possent ordinari extra tempora; quod quidem est contrarium dicto Concilio oppositum statuenti sess. citata cap. 8. & tamen; quia et in Concilio non derogatur expressè, cadit sub generalem confirmationem priuilegiorum factam cum prædicta clausula, dummodo Concilio Tridentino non sint contraria. Priuilegia autem Regularium, quæ expressè reuocantur in Concilio Tridentino colliguntur à Ioanne de la Cruz in epitome l. 2. cap. 3. dict. 6 & facile reperuntur in ipso Concilio. Vide Portell. in dubijs Regul. ver. priuilegium numero 3.

RESOL. CCLVI.

An Regulares possint vti suis priuilegijs, etiam si contra illa habuerint contrarium vsu? Et an priuilegia Regularium per non vsu non prescribuntur nisi per centum annos? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 88.

§. 1. Affirmatiuè respondeo, & ita docet Portell. in addit. ad dub. Regul. ver. priuilegium numero 4. vbi sic ait. Quia modus frequentior amittendi priuilegia inter Regulares; est non vsus, seu contrarius vsus; libet pro Religioforum quiete hic transcribere verba, quibus Eugenius IV. concessit Congregationi S. Iustinae Benedictinorum, vt possint vti suis priuilegijs, etiam si contra illa habuerint contrarium vitium habetur concessio in Bullar. Rodriguez, fol. 29. vbi Papa sic concedit. Vt si quandoque contigerit per aliquem, aut plures actus cõtraria huiusmodi aut quocumque alia priuilegia, indulta, gratias, immunitates præfata Congregationi concessa, aut ipsorum aliquod à quocumque cuiuscumque conditionis gradus, seu status existat ex negligentia, vel ignorantia præfatum, vel futurorum, quibus hæc conceduntur, aut alia quauis causa, propter quam aliter fuerit attentatum, vel pro tempore obseruatum ignorantes, vel scienter, nullum tamen præiudicium decretis, priuilegijs, Indultis, gratias volumus generari, sed in suo vigore, ac robore permanere. Sic ibi Summ. Pontifex, & Portell. vbi supra; quod est valdè notandum pro Regularium consolatione.

RESOL. CCLVII.

An Regulares communicantes in priuilegijs, communicent in penis illius Ordinis, de cuius priuilegijs participant? Et docent priuilegium communicabile posse ab alijs Regularibus exhiberi, quasi sub nomine propria Religionis transcriptum, & concessum absque nota falsitatis? Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. Ref. 56. alij 5.

§. 1. Affirmatiuè respondet Pellizzarius in Man. Regul. tomo secundo, tractatu 8. capite 1. sectione 3. numero 48. Si dictæ penæ, ac prohibitiones, ait, sint odiosa Religiosis in particulari, vt censentur in fauorabiles toti Religioni; secus si ea sint odiosa, & Religiosis in particulari & toti Religioni, Decretum quod in priori casu penæ, ac prohibitiones continent rationem fauoris, in posteriori verò odij; sicque procedit regula iuris; odia restringi oportet, fauores ampliari. Et addit sensisse multos doctos recentiores à se consultos.

2. At ego magis adhæreo negatiuæ sententiæ tanquam communiori, & ideo illam tenet Lezana in Summa tom. 2. capite 1. numero 52. Bordontis in consil. Regular. tom. 2. resol. 51. num. 94. qui citat etiam Sigmundum à Bononia, Rodriguez, Mirandam, & alios; quibus ego addo Hieronymum Garciam in Politic. Regular. tom. 1. tract. 8. difficul. 1. dub. 4. num. 4. vbi sic ait: [Lo mismo digo de la pena, y censura. De suerte que no porque fulminen censuras contra una Religion, han de participar las otras della; lo vno porque odiosa sunt restringenda; y lo otro, que nuncia el Pontifice quære que en esto no comunican,

nacion, sino lo explica. Ita ille. Itaque gaudent regulares communicatione privilegiorum, ita ut privilegia vni ipsorum religioni concessa etiam aliis communia sint. Non tamen propterea in penis, & censuris impositis vni Ordini Regularium alij communicat. Non solum quia iuxta Regulam iuris in 7. odia debent restringi, & fauores ampliari, sed etiam quia summi Pontifices communicationem privilegiorum concedentes, nihil (quod veridicum) de penis, aut censuris communicandis dixerunt. Puto tamen cum Sorbo, & Lezana, quod in penis Laicorum est talis communicatio, id est quod quando privilegium aliquod conceditur vni Religioni, cum penis aliquot contra Sæculares illud non admittentes, vel reprobantes, &c. tale privilegium aliis Religionibus habentibus cum illa communionem communicetur. Hinc Portel in *Dubiis Regular. verb. Communicatio, num. 10.* sic asserit. Religiosi communicantes in privilegiis, non proinde communicant in penis, & prohibitionibus alterius Ordinis: Vt si in vna Religione lata sit excommunicatio Papæ contra subornatores, hoc non extenditur ad alios ordines; quia excommunicatio non est privilegium, neque fauor, sed pena: Et odia sunt restringenda, & fauores ampliandi. Ita Portel, & ego.

3. Nota hic obiter, Bordonum, loco citato, quæst. 36. numer. 97. docere privilegium communicabile, posse ab aliis Regularibus exhiberi, quasi sub nomine propriæ Religionis transcriptum, & concessum absque nota falsitatis. Et hoc ex privilegio concessio à Iulio II. Minimis de Paula, *Constit. dudum ad Sacrum, apud Confect. pag. 118.* illis verbis: necnon super omnibus ac singulis Maris magni, & aliis quibuscunque Bullis, quatuor Mendicantium Ordinibus & eorum cuilibet quodcumque concessis, vnum vel plura transumpta conuentionem, aut diuisionem facere queant, perinde ac illa, mutatis in eis nominibus, quorumcumque Romanorum Pontificum prædecessorum, & ipsorum Mendicantium in nostrum, & Fratrum Ordinis Minimorum huiusmodi nomina, ceterisque singulis ad hunc effectum de necessitate mutandis, concessa forent. Ac quod transumpta huiusmodi taliter facta, & manu alicuius Notarij publici subscripta, ac sigillo alicuius Prælati Ecclesiastici signata. Accedit ratio, quia ille dicitur falsarius, qui mutat veritatem cum dolo, & iactura, quæ tria requiruntur ad incurrendas penas secundum Hostiensium, Azorium, & alios, *per text. in legib. Quid sit falsum. ff. de falsar. Silic. verb. Falsarium, numero primo*, sed in dicto transumpto veritas mutata non fuit, quia verum est illud privilegium esse illius Religionis proprium: ergo potuit mutare nomina prioris Religionis in nomina propriæ; neque alicuius doli commissus fuit, quia dolose non dicitur agere, qui facit actum concessum, ex Glossa in *leg. vn. Codice de in ius voc.* neque actus, qui habet primordium veritatis, ut iste, dicitur dolosus, Rimin. *Ion. vol. 7. consil. 796. numer. 5.* demum nulli inferitur iactura, ergo nulla ratione in casu præsentis inueniri potest falsitas. Huc quoque Bordonus. Quæ secundum eius mentem dicta esse volo. Ego autem in facti contingencia adducere privilegium principale, de quo agitur, concessum individualiter certæ alicui Religioni: & postea adducere privilegia communicationis; & sic Episcopi, vel alij, nullam contradictionem asserere poterunt.

Tom. VII.

RESOL. CCXVIII.

An Clerici Regulares, vulgo dicti Theatini gaudeant privilegiis concessis aliis Religionibus? Exp. 10. tract. 16. Misc. 6. Rel. 91.

§. 1. **R**espondeo affirmatiue ex privilegiis nobis concessis à Gregor. XIV. die 5. Aprilis, & die 18. Iunij anno 1592. quæ referuntur à Peregrino in introductione ad compendium privilegiorum, quorum authographum extat in Archiuo nostræ domus S. Syluestri, & in specie gaudent privilegiis Societatis Iesu concessis ex Bulla Pauli IV. die 7. Octobris anno 1555. Pontificatus sui anno primo, ut etiam notauit Barbosa in *Apost. dec. Coll. 166. n. 4.* in quibus aliqua de nostra Religione asserit, quæ sustineri non posse ex inserta epistola nostri Patris Andree Sottana ad præsentem D. Vrbanum Puluerinum apparebit: dabunt igitur viri amicissimi manes mihi veniam ut illam per extensum apponam, & nobis condonabunt, si ab eius sententia in aliquibus recedamus.

Reuerendo in Christo Patri Domino Vrbanò
Puluerino Clerico Regulari.

Andreas Sottani.

EA semper mihi mens fuit ut omnes vires intenderemus, quo pax inter nostram Congregationem, & cæteros religiosos ordines seruetur, quare admodum displicuit quod Paternitas Tua de Augustino Barbosa Scriptore in Summa Apostolicarum Decisionum admonet; videtur enim ex eo semen aliquod discordiarum iactum inter eos ordines, qui singulari animorum vnitatem colligari deberent, nempe inter Nos & Fratres Somaschenfes. Cui malo ut occurratur, statim ea de re dedi litteras ad P. D. Ioseph Syllos, ut rem ordine explicaret in nostræ Congregationis historia, quam iussus à Præposito Generali totius Congregationis nomine contexit, in eaque diplomata, quæ apud nos asseruantur, insereret; ut in posterum vterque Ordo quid gestum sit agnoscat, nec relinquatur dubitationi locus, sicque inter eos mutus perfereret amor. Sed vt quæritis Paternitatis Tux interim breuiter satisfaciam.

Dico me perquisisse, ac reperisse in nostris antiquarum tabularum Thecis originalia Diplomata Cardinalis Theatini, de quibus meminit Barbosa in Summa Apostolicarum Decisionum, *Collect. 166. n. 4.* tum tempore Cardinalatus, tum etiam Pontificatus tempore, in quibus apparet oppositum quod à Barbosa asseritur, & ut ad singula, de quibus Paternitas Tua erudiri cupit deuemiam.

Collect. 166. num. 4. hæc habet verba: Clericis Regularibus Somaschensibus Theatinos vniuersi Io. Petr. Carafa Cardinalis Theatinus.

Si intelligatur propria auctoritate Cardinalem vniuersæ Congregationis non vniuersi; quæ enim potestas in Cardinali, licet antea ordinis fundatore Regularis ordines vniuersi?

Si verò Apostolica auctoritate, res è contra se habuit. E Diplomate enim Cardinalis Theatini sub datum Romæ 8 Nou. 1546. rem sic processisse colligitur.

Pates Somaschenfes apud Cardinalem egerunt, ac magna instantia eum requisierunt, ut ordinem conuentionem procuraret. Cardinalis proposita re nostris tum Venetiis, tum Neapoli degentibus, eorumque expectato iudicio, ipse postea accepto vitæ vocis oraculo à Paulo III. nostris Apostolica auctoritate præcepit vt Somaschenfium curam, & administrationem

P susciperent,